



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De Definitione per similitudinem. Capvt XXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

## De definitione per accidentia.

## CAPUT XX.

*Cic. de le-* **Q**uartum definitionis genus sit per acci-  
*gibus n. 21.* dentia priori, haud multum dissimile,  
nisi quod magis vagum est, diffusum, & sine  
respectu ad caussam. Ita describitur homo **A**-  
nimāl prouidūm, agax, multiplex, acutum, me-  
mor, plenum ratiōnis, & consilij. Ita definitur  
fama, velox malum à Virgilio, & Tertulliano  
in apologetico c. 7. Natura famae omnibus  
nota est, utrum est fama malum, quo non ve-  
locius ullum, cur malum fama? quia velox,  
an quia plurimum mendax, quae nec tunc  
quidem cum aliquid veri affert, sine mendaci-  
o-  
Tertul. in  
Apol. c. 7.  
vito est detrahens, adjeiceus, demutans  
de veritate. Quid quod ea illi conditio est, vt  
non nisi cum mentitur perseueret, & tandem  
viuit, quandiu non probat. Siquidem ubi  
probavit cessat esse, & quasi officio nuncian-  
di functa, rem tradit, & exinde res tenetur,  
res nominatur.

*Plaut. in*  
*Trinummo.* **T**alis est definitio amoris apud Plautū in  
Trinummo.

**Blandiloquus, harpago, mendax, cuppes, a-**  
**marus,**  
**Elegans, dissipator, latebricolarum hominū**  
**corruptor,**  
**Blandus, inops, calatus, indagator, nam qui ab**  
**eo, quod amat**  
**Quam exēmple sauius sagittis percussus est**  
**ilico res foras**  
**Labirintus, liquitur, da mihi hoc, mel meum, si**  
**me amas. sodes**  
**&cæt. quibus blandi illius, & vesani monstri**  
**proprietates exprimuntur. Quod Moschus**  
*Mosch*  
*Anthon. L. I.*  
*sp. 188.* etiam poeta dicitus est prosequutus in de-  
scriptione Cupidinis.

**Χρῶτα μὲν οὐ λευκός πυρὶ διέκελθε, δρυ-**  
**ματα διάστη**  
**Δριμύλα, χρυσογένετα, κακαι φρένες, ἀσπ**  
**λάλημα,**  
**Οὐ γάρ ιεροὶ νοτει καὶ Διγένεται οὐ μέλι**  
**σωσά**  
**Ηγέρι χολᾶ νόθεισιν ανθίμεσθε. Ητερο-**  
**πετίτας**  
**Ωδὲν ἀλαζεύσθεν. δέλιον βρέφεθε, ἐγει-**  
**ταμέσθε.**

**Εὐπόκαμον ἐχεπενον Ιχθύ, διάταμον**  
**πρόσωπον**  
**Μοκκόλα μὲν τὸν χερύδρια μακρὰ ἐ**  
**βαῖλλει**  
**Βάλλει διέξις Αχέροντα, καὶ εἰς Αἰδεώβα-**  
**σιλῆνα.**

Sic mare dicitur à D Ambrosio hospitium  
fluviorum, fons imbrum, desuatio alluvio-  
num, inuentio conneatuum, qui sibi distan-  
tes populi copulantur, qui præliorum remi-  
nentes periculo, qui barbaricus furor elaudi-  
tur, subsidium in necessitatibus, refugium in  
periculis, gratia in volupratibus, laubritas va-  
letudinis, separatorum coniunctio, itineris  
compendium, transfugium laborantium, sub-  
sidium vestigalium, sterilitatis alimentum.  
**H**exam. lib 3. cap. 5. In hoc genere sunt defini-  
tiones secundi. Mundus est æternus circuitus,  
spectabilis suppellex, multiformis firmatio, æ-  
ternus tenor, anfractus sine errore. Sol eæli o-  
culus, diæci ornatus, distributor horarum, splé-  
dor sine occasu. Luna eæli purpura, Solis æ-  
mula, solamen iter agentium, directio nau-  
gantium, largaroris, præsagium tempestatum.  
Terra basis eæli, meditullum mundi, fructu-  
um mater & custos, operculum inferorum,  
nascentium genitrix, nutrix viuentium, viræ  
cellarium. Homo, Meus in carne, spectrum  
temporis, speculator viæ, mancipium mor-  
tis, transiens viator, anima laboriora. Mulier  
infatibilis bellua, homini pernicies, conti-  
nua sollicitudo, pugna nunquam desinens,  
contingentiae naufragium. Pauperitas, bonum  
odiosum, faneratis mater, ecurum exilium,  
repertrix sapientie, negotium sine damno,  
postessio absque calumnia, sine sollicitudine  
felicitas. Senectus mors viuentium, Verbena  
proditor animi, Oculi duces corporis, yasa lu-  
minis, iudices animi,

## De Definitione per similitudinem.

## CAPUT XXI.

**D**efinitionem per similia nonnulli pror-  
fus teiçunt, quod longè ab omni probadâ  
ratione disiunctam esse putent. Vei enī (in-  
quunt) qui rem per similitudines describit, i-  
p̄sius naturam nouit, vel ignorat. Si nouit,  
quantò melius est rei naturam expromere,  
quam yanas imagines, & ymbrae conjectari.

Si

*Definitio per similia non est insuffit illa.*

Si vero nescius est, quo pacto synceram imaginem subiecti oculis, eius ipsius, quod minime dignoscere potuit. Sed has argutias ratio, & usus doctissimum hominum reflectit, qui plurimum non modo ad delectandum, sed etiam ad persuadendum in definitiobus per similia, fatentur esse subsidij. Rei etenim cognitionem confusam, veluti quibusdam radijs vestiunt, & suauius in animos, mentemque intimam perlabuntur. Quod si ea esset humani ingenij felicitas, ut vel latentes quasque rerum naturas cognosceret: tamen non inutilis esset definitio, quodquidem, & expressas vultum, quos viuos intueri sicut effigies in picturis, (tanta est similitudinis illecebra) diligimus, & miramur.

*Vide Cicer. in Top. is. sect. 12.*

*Vide Chrys. Ioseph. tom. 4. hom. 24.*

Erit igitur huius definitionis usus, ubi non quid res sit exiliter, & enucleatè queritur, sed ubi iam nota exquisitis similitudinum ornamenti est decoranda. Parum est si dicas mens irati, mens est inquieta, & tumultuosa. Hoc ornatus, si cum D. Chrysostomo clouari. Mens irati forum est plenum tumultu, ubi multis est cunctum, & redeunti clamor, camelorum, ac asinorum tremitus, argentiorum, & arriorum vtrinque cudentium strepitus. Contrà mens tranquilla, & mitis, vertex est quispiam montis, qui clementiorem coeli auram naetus est, puros solis radios, limpidas fontium scaturientes, multaque florum amoenitates, & ista quantam habent dignitatem.

*D. Chrys. Homil. in venerabil. & viuific. crucem.*

Σαυρὸς χρισταγῶν ἐλπίς, οὐαρὸς τοφλῶν δόηγος. οὐαρὸς ἀσκησμένων ἐλπίς, οὐαρὸς πλανητῶν δός. οὐαρὸς ἀδικημένων ἐκδίκησις, οὐαρὸς πάθοις των χαλινῶν, οὐαρὸς ὑπερφύσιον ἀντίταγμα. οὐαρὸς διδεοντων ἐκεφαλία. οὐαρὸς βαρβάρων φιλανθρωπία, οὐαρὸς βασιλέων μεχαλοπέτεια. οὐαρὸς ἀνόμων νόμῳ, οὐαρὸς αἰκενίης ἀσφλεῖα, οὐαρὸς ὅπλον ἀκαταμάχητον, οὐαρὸς εἰδώλων καθαιρετις, οὐαρὸς θαυμῶν ἀνάζων, οὐαρὸς κνιστῆς ἀφανισμός. οὐαρὸς ἐλπίνων γνῶσις. οὐαρὸς ἐθνῶν σωτηρία. οὐαρὸς πολεμένων βούθεια. οὐαρὸς χειμαζόμενων εύδιος λιμνή, οὐαρὸς πλεύσαντων κυβέρνησις. οὐαρὸς ὄφεινων πτάση. οὐαρὸς αγρέλων ὁμολογία. οὐαρὸς διαβολὴ πλάσις. οὐαρὸς δι-

μόνων θέραπεια, quae omnia intellectu faciliter sunt.

Vides quæ in hac definitione diuitiae, quot conglobata similitudines. Differunt autem à similitudine, quod in similitudine res dicatur per imaginem, & comparationem: hic sine comparatione affirmetur. Consuetum est autem SS. Paribus ita definire in ἀνθρώπῳ, ut ambitione est futile malum, secretum virus, doli artifex, mater hypocrisis, liutoris parens, vitorum origo, tinea sanctitatis.

*Bern. de confid. l. 3.*

### De definitione per negationem.

#### CAPUT XXII.

**V**Liuum genus definitionis fit per negationem, vbi orator exprimendo, quid res non sit, auditoribus colligendum relinquunt quid sit, & quid sit libertas quæreris? nulli rei seruire, nulli necessitati, nullis easibus. Seneca ad Lucilium. Est illud visitatissimum in diuinis definitionibus: & disertissime expressum Maximus Tyrius, pulchrum Deum dicam, & pulchrorum omnium pulcherri-  
*Maximus Tyrius in ora de Deo.*

Haud quidem pulchrum corpus, sed unde pulchritudo in corpora emanat, neque etiam pulchrum pratum, sed unde, & prata, & amnes, & mare, celum ipsum, cœlestesque Dii pulchritudinem decerpunt. Inde enim pulchritudo omnis, tanquam ex perenni, purissimoque fonte, ad nos usque perlatur, tantumque aut fortitudinis, aut firmitatis, aut salutis rebus in singulis, quantum ab eo fonte respurguntur. Ex quo si nihil han-  
*Deus in* *X*

riant, continuo turpes, dissolue, corrupte-  
que tabescunt. Hoc tibi si satis est. Deum in-

sipisci. Sin minus, quæ non alia poterunt ei-  
iusdem naturæ interpretationem proferre?

Fac in eo, nec magnitudinem, nec colorem,

nec figuram aliquam cogites, non aliud

præterea quicquam, quod materia pati con-

fuerit. Ex quo sit etiam, ut ea diuina naturæ

præstantia suarum tenebrarum latibulo in-

clusa, ratione nostris. Nō aut nihil appelle-

tur, ut nonnulli philosophantur in hunc Exo-

di locum. Estne Dominus in nobis *אֵל* *X*

Neque vero tantum his negationibus, sed

causto plerunque silencio vtuntur oratores.

Tanta Dei maiestate percussi: & præclarè

vbi nos psalm. 65. legimus. Te decet hymnus

Deus in Sion. Verba Davidis Hebræica so-

nant. *Iibi silentium laus Deus in Sion.*

*לֹא דְמִירָה חֲלַת אֱלֹהִים בְּצִירָה* *X*

quod silen-